



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos  
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum  
Christianarum Memoria, Libri X**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Helmestadi[i], 1671**

Cap. IIX. De tempore subversionis Hierusalem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10968**

turpissimis mortibus & cladibus inauditis, eisdem diebus damnarentur; & qui in ejusdem Domini damnatione dies festos duxerant solennes, nunc ipsos suis damnationibus agerent luctuosos. Qui etiam recte fame pereunt, ut, qui Domino, esurienti salutem eorum, fel in escam dabant, omnimoda suavitate escarum priuarentur.

## C A P. IIX.

*De tempore subversionis Hierusalem.*

**F**it autem hæc Hierosolymæ subversio XL. annis à passione Domini dilata ultione, anno Imperii Vespasiani secundo: & interim potuissent Iudæi, si velent, locum pœnitentiæ invenisse, commoniti sæpe ab Apostolis, prædictam civitatis adesse everisionem. Et à Iacobo fratre Domini, edocti, dum viveret; per signa & prodigia cœlitus ostensa, ante tempus excidii commonebantur. Etenim stella præfulgens, gladio per omnia similis, imminere desuper civitati, & Cometes præterea exitialibus flammis per totum arde-  
dere visus est annum.

## C A P. IX.

*Novum portentum de vitula enixa agnum.*

**V**itula quoque, sacrificiis admota, in die festo azymorum, inter manus ministrorum enixa est agnum. Porta vero interioris ædis ærea, cum tanti ponderis, ut vix à XX. viris clauderetur, esset, vectibus & seris munita, nocte ultro patefacta est. Visi etiam

D 2

currus,